



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

Diffidentia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265

Mar. 7.

quantum eunque conviciata repelleretur, A
fortiter perseverans, arguit ex concessis,
& omnino voluit exaudiri: violenter sibi
salutem non modò impetravit, sed extor-
sit. *O mulier, magna est fides tua!* & propter
hunc sermonem vade, exiit Damonium à filia
tua. Sic, sic sperandum, Fratres, sic perse-
verandum; sic clamandù, ac de se coram
Deo humiliter sentiendum: *Fiat tibi sicut
vis*; quasi diceret, subdit jam citatus
Chrys. Fides quidem tua majora, quam B
peteres, posset impetrare.

Greg. Naz.
orat. 25.

Hac certè prædita Gorgonia illa, tot
heroicarum virtutum mulier, apud Na-
zianzenum fratrem orat. 25, quæ est in
laudem fororis. *Pia*, inquit, & præclarà
quadam impudentià apud Deum essentur.
Caput ab evo admovens, nec se ante ab eo mi-
nitans discessuram, quàm sanitatem consecuta
sit. Expende confidentiam: *Nec se ante ab
eo minitans discessuram, quàm sanitatem con-
secuta sit.* Pia quædam impudentia; imò
confidentia minitabatur, &c. *O rem admi-
randam!* (subdit) protinus liberam se morbo
sentit, hanc spei mercedem consecuta, ut quod
speraverat, obseneret, anima que firmitate cor-
pori firmitatem comparaver.

cerunt, secus certò dixissent, petrà illam
daturam aquam. *Et distinxit in labiis suis,* Psal. 105.
inquit David, loquens de Moyse ad aquà
contradictionis, hoc est, pro dubietate
quasi dialecticà distinctione est usus. Sic
Græc. *Et dubius fuit.* Alij: *Et perplexus fuit;*
nam humano iudicio rem metiendo, ta-
lem nimirum siticem, illiusque qualitatis,
durissimæ scilicet ac aridissimæ non posse
aquam, & præsertim tanto populo estun-
dere, dubitaverunt, vel potius indignum
eo beneficio populum considerantes, di-
xerunt: *Nunquid,* &c. cum potius veller
Deus ob omnes difficultates tantò ma-
jorem fiducià. Unde noluit Deus ob hanc
diffidentiam, ut terram promissam ingre-
derentur, nec ipsi, nec tam citò aliquis ex
populo. Et hoc sibi vult illud, & distulit,
suprà promissum, nimirum terræ illius:
quò erudiamur allegoricè, diffidentes nõ
intraturos promissam terram viventium,
quæ differtur eis, donec perdiscant confi-
dentiam, peregrinaturi intereà in deserto
Iænitentiæ.

Diffidentia est, quæ ligat Dei manus, Matth. 23.
ne gratias, ac dona conferat: *Non poterat,*
ait Evangelista, *miracula facere propter in-
credulitatem eorum.* Suscitaturus Lazarum
incidit Dominus in quandam Marthæ
diffidentiam: *Domine, si fuisses hic,* &c. Jam
venerat Dominus ad Lazarum suscitand-
um: & ecce hoc sese illi obstaculù obji-
cit. Incipit eam Dominus ad fiduciam di-
sponere, & dicit: *Resurget frater tuus.* Inci-
pit ad hæc illa confidere, non tamen per-
fectè, unde adhuc hæsitat: *Scio, quia resur-
get, (sed) in resurrectione, in novissimo die.* Et
ob id non fit miraculum, quia obstat diffi-
dentia. Pergit Dominus: *Ego sum resurre-
ctio, & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus
fuerit, vivet. Credis hoc? Vtique, Domine.*
Tunc: *Lazare, veni foras.* Quantum labo-
ris insumptum, ut ad confidentiam per-
duceretur, & miraculum patraretur!

Diffidentia li-
gat Deo ma-
nus.
Ioan. 11.

Quantum Deo displiceat diffidentia.

PUNCTUM XXIII.

Psal. 77.

Diffidentia plu-
rimùm displice-
t Deo.
Hebr.

Nunquid & panem poterit dare, aut pa-
rare mensam populo suo? Ided audivit
Dominus, & distulit. Enigmè accessus est in
Jacob, & ita ascendit in Israël. Heb. Valde
iratus est. Hoc sibi vult ignis hoc loco ve-
hemens, nimirum & inflammata Dei in-
dignatio.

Num. 20.

Mirum! quia petram percussit Moyses,
taliter indignatus est Deus, ut ei, fratriq;
suo Aaron dixerit: *Inhonorastis me.* Quid,
quæso, egerunt? Diffusi sunt, ac diffiden-
ter, veluti joco, ne proprium amitterent
honorem, illà percussione petræ quasi pe-
riculum fecerunt, an aqua flueret, unde
communis cum ipsis incredulitatis no-
tantes filios Israël dixerunt: *Audite, incre-
duli, nunquid,* &c. Sicque rem dubiam fe-

Nunquam satis admiratus sum, Do-
minum excitaturum puellam, tibicines,
qui, ut mos erat, mæsto clangore dolo-
rem, & lacrymas excitabant, eiecisse, &
eò magis, quòd Chrysof. eos indignos
asserit, qui miraculum viderent. In quo-
nam, quæso, sita erat hæc eorum indigni-
tas.

Matth. 9.
Christus tibi-
cines eiecit, ut
puellam exci-
taret. Cur?
Chryf. hom.
32. in Matr.

In hoc, quod diffidentes de re diti ad vitam, solam mortem lugebant, nihil de vita cogitantes. In horum presentia noluit Dominus miraculum perpetrare.

Iac. 1.

Non ergo existimet homo ille (hastans) quod accipiat aliquid a Domino. Est hic contra diffidentiam emphasis peculiaris particulae Graecae, τὴ, quae significat, ne minima quidem accipiet a Deo, hic, vel in futuro, ut addit Interlin. Unde August. Si fides deficit, oratio perit.

D. Thom. 2. 2. q. 83. q. 14. Cass. col. 9. c. 32.

Nec mirum, quia, ut dicit D. Thom. oratio efficaciam merendi habet a charitate, at verò efficaciam impetrandi principaliter a fide. Hinc Cassianus ait, Signum futurae impetrationis esse, quando spiritus movet ad petendum cum magna fiducia, & quasi securitate impetrandi.

Haec cum in possessionem rei desideratae ponit orantem, qui propterea & in oratione, & post orationem ex ea fiducia totus conquiescit. Non sic spes, ac desiderium rerum mundanarum, quod nunquam praestat quietem. Spes, enim, qua differtur, affligit animam, quod de spe rerum mundanarum intelligitur, haec namque semper differtur: sed in rebus spiritualibus cum spe simul quodammodo per certitudinem quandam maximam morale est possessio. Ut sese affligebant miseri illi, quos Elias deludebat! Vocate Deos vestros. Clamate voce majori, &c. Sed Elias, ut quietus! ut securus!

3. Reg. 18.

1. Reg. 1.

Hanc primo Reg. habuit Anna post filij postulationem: Abiit mulier in viam suam, vultusque illius non sunt amplius in diversa mutati. Alij: Neque fuit amplius mactata. Ubi Chryl. Vides mulieris fidem? Priusquam acciperet, quod postulaverat, perinde confisa est, quasi jam accepisset.

Alij. Fiducia Annae matris Samuelis.

Ioan. 4.

Quam heroico gradu habuit hanc Sanctissima Virgo? Quid mihi, & tibi est, mulier? At illa: Quodcumque dixerit vobis, facite. Intelligebat nimirum nihil diffensionis esse inter se, ac Filium. Et hoc interpretari possumus sibi Filium illis verbis voluisse: Quid mihi, & tibi (dissoluum, diversum, contrarium, non omnino commune) est mulier? Est haec phrasia Hebr. Nihil tibi, & iusto illi, hoc est, contrarium. Sic, quid mihi, & tibi (contrarium, & non

Fiducia Bmae Virginis Dei Matris.

Matt. 27.

A omnino conforme) est mater? Hoc illa intelligens, ac certissime tenens: Quodcumque, inquit, dixerit vobis, facite.

¶ Quatuor efficacissimae rationes, & motiva fiduciae in Paralip. Noster autem Dominus Deus est. Proponuntur panes in mensa mundissima, estque apud nos candelabrum, & lucerna eius. Prima ratio fiduciae est integra fides. Noster autem Dominus Deus est, quem non derelinquimus. Secunda, Eucharistiae sanctissimae Sacrificium: Proponuntur panes, &c. Tertia, Christus in ea consistens: Estque apud nos candelabrum aureum. Quarta, intercessio Beatissimae Virginis eius Matris: Et lucerna eius.

2. Paral. 13.

Fiduciam nostram quatuor accedere possunt.

C Eliseus non habens, quo flumen transferret, expandens Eliae pallium, quod alias tantae virtutis expertus est, Vbi est, inquit, Deus Eliae etiam nunc? Et expanso pallio super aquas, aquae divise sunt, ad eum sicco vestigio pertransierit. Nunc si talem in pallio Eliae fiduciam habuit Eliseus, quamnam, quae, fiduciae in quavis tribulatione habere poterit Christianus in pallio, & amictu protectionis Sanctissimae Virginis, & Salvatoris?

3. Reg. 2.

Patrocinium Bmae Virginis quam efficac!

D Christus Cruci affixus, efficacissimum est motivum fiduciae.

PUNCTUM XXIV.

E Teris vita tua pendens ante oculos tuos die ac nocte, & non credes vitae tuae? Per adimitationem nos dicere possumus animae diffidenti, quod olim per asseverationem nonnullis dictum est: En vita tua ex morte sua pendens in ligno. Sic legit Tertull. Et non credes vitae tuae? Pectus, ac viscera misericordiae habet aperta, manus confixas, ne te puniat, quinimodo ut tibi ignoscat: & non credes vitae tuae, perfidior adhuc ipsis Hebraeis?

Deus. 28. Fiducia nostra causa potissima Christus crucifixus. Tertul. lib. contra Iud. c. 11. D. Leo ser. 3. de passione.

Desperavit anima illa ob multitudinem peccatorum, Et dixi: Perii finis meus, & spes mea a Domino, q. d. desperavi, &c. Tunc vocem ad eum audit: Recordare paupertatis, & transgressionis meae, absinthij, & salis. Memorare,

Thren. 3.

morare, quod propter te pauper, & nudus natus sum, ut meâ inopiâ te ditarem, ut mea inditate te vestirem. Recordare transgressionem omnium terminorum, recordare excessum amoris in te mei. Recordare ablynthii, & sellis, &c. Egit id anima, & spem concepit. *Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.*

Vitimam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas quam patior, in statera (Crucis) quasi arena mea. is hæc gravior appareret, &c.

Effundam super Domum David spiritum precum. Sept. Spiritum gratia, & misericordiam, & aspicient ad me, quem confixerunt. Peccatis confixisti? Verum est, sed id eod effusus est spiritus precum, gratia, & misericordiam, ne desperes, sed misericordiam exores.

Ut clamat! Aperi mibi, soror mea sponsa, aperi mibi, quia caput meum plenum est rore, & etiacini mei gustis postium. Ut aditum per confidentiam requirit! ut testatur peccata totius mundi, respectu suæ immensa charitatis esse ad instar exigui roris, ac tenuium guttarum, quæ super ardentem fornacem conjectæ inflammant magis, quàm restinguant! Caput mea scilicet divina charitas, veluti incensa fornax, plenum quidem est rore, tuorû videlicet frigiditate peccatorum, sed hæc ad ignoscendum impellunt. Aperi mibi, &c.

Botrus Cypri, dilectus meus mibi. Alij: Racemus camphora dilectus meus mibi. Camphora, etsi in aquam conjecta, ardere perhibetur. Dicere volebat; Aquæ multarum meatum imperfectionum non extinguunt camphoram inflammata illius charitatis, &c.

Es erat ignis ardens supra verticem montis in conspectu filiorum Israël. O incendium! ô flammam!

Qui fieri potest, ut ex Crucifixi conspectu non suboriat fiducia? O quam huic quadrat, quamq; huic bellè accommodari potest, veluti sub pietatis simulacro: Hic peccatores recipit. O charum aspectum oculis peccatoris, videre Pastorem ovem in humeris habentem, & sub eo titulum: Hic peccatores recipit! alius titulus certe non quadrat hoc magis.

A *Et factus est principatus super humerum ejus; hoc est, errabunda peccatoris ovis super humeros ejus ejusdem est principatus. Corona, quam gerit in capite, ex spinis est peccatorum confessorum contexta.*

Sumes aurum, & argentum, ex Babyloniâ evectum, & facies coronas, ad coronandum Sacerdotis caput. Deeratne in Hierusalem aurum? Vult aurum ex Babylonia, ut intelligas Deum peccatoribus contritis coronari.

B *Veni, coronaberis de capite Amara; de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Ubi Greg. & Beda de infidelibus Dæmonum cubilibus in Christi coronas conversis hunc locum interpretantur.*

Labor Ægypti, & negotiatio Æthiopia, viri sublimis adtransibunt, & tui erunt; post te ambulabunt, vinciti manibus pergunt, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Salvator. Hæc sunt gloriæ Crucifixi, acquisitio peccatorum, hominum, qui in Ægypto laboraverunt, quique in Æthiopiæ carnis, & sensus negotiis sunt involuti, homines elati, perditio, &c.

Qui educit vincitos (Cass de Inferno, li. 6. g. Diabolo. Basil. vincitos intelligit, qui peccati erant innexi vinculo: talis erat Zachæus: talis Mattheus) in fortitudine. (Habac. 3. Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus) similiter eos, qui exasperant. Cass. blasphemos in Deum (ut Saulus) qui habitant in sepulchris, in carnalibus foetidis sepulti, ut nec velint, nec possint ambulare (ut tot, tantæque.) Sic Gloss. ibidem.

De his gloriatur hic Christus. D. August. de Cruce. & latrone: Nemo, ait, Regum aliquando passus est, latronem, hominem, aut quempiam alium ejusdem naturæ conservum secum assumens ita in civitatem introducere: Sed Christus hoc fecit, qui mortis, & Diaboli victor, & sacratissimam ingrediens patriam, secum latronem introduxit, non conculcans Paradisum istius pietatis opere, sed honorans; neq; confundens latronis introitu, sed illustrans. Honor namq; Paradisi est tale habere dominum, qui etiâ latronem dignum facere possit Paradisi deliciis. Etenim cum publi-

Tob. 6.
Gred. ibid.

Zach. 12.
Septuag.

Cant. 5.

Chiffer. ibid.

Cant. 1.
Alij.

Exod. 24.

Luc. 15.

Isa. 19.

Zac. 6.

Cant. 4.
Gregor.
Beda.

Isa. 45.

Psal. 67.
Cassian.
Basil.

Habac. 3.

Gloss.
D. Aug. ser. 3.
de Cruce. & latr.

publicanos, & meretrices introduceret in regnum celorum, non confudit, sed exultit, neque deiecit, sed honoravit Paradisum. Talis est Dominus regni celorum, ut meretrices, & publicanos probabiles reddat, ut digni appareant gratia, & gloria, quæ illis est.

Saulum mox conversum rapuit, ut Paradisum honoraret, ac illustraret. O gloriam divinæ misericordiæ, quæ blasphemum è centro Inferni transferat in paradisum! Saulus. Hebr. Sepultus; quin ex Haymone, infernalis: At per Christum, talis, ut diceret: *Nostri conversatio in celis est.*

Mat. 9. Christi gloria ex conversione peccatorum. Hebr. Hay. in prolog. D. Paul. D. Ambr. in Ps. 39.

D. Ambros. Tripudias, ô Draco, quoddam Apostolum subtraxeras Christo, plus dimisisti, quam sustulisti, qui latronem vides in Paradisum esse translatum. Nemo est, qui possit excludi, quando receptus est latro: minister tuus eò pervenit, unde ipse deiectus es.

D. Chryl. hom. 4. in Ioan.

Sic D. Chryl. probat Iudæos non dedecorasse, sed ornasse Christum Dominum, dum eum inter duos latrones crucifixerant: Quod enim in dedecus paraverat malitia, innocentia convertit in gloriam; etenim crucifixus inter duos latrones, alterum è duobus salvum fecit, & redditus est Paradisi locus, qui infamix designatus erat.

Enimverò si potentia agentis secundum Philosophum eò major probatur, quò de minori potentia materiæ perfectiorem extrahit formam, proculdubio major elucebit potentia divinæ misericordiæ, qua de meretrice eliciat Sanctam, de publicano iustificatum, &c.

Luc. 7. D. Aug. ser. 9. de verb. Ap.

D. August. in illud Lucæ: *Et ecce mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Exaggerat, inquit, facinus mulieris, ut accumularet indulgentiam largitoris.

D. Ambros. ser. 3. de mul. Samar.

D. Ambrosius de muliere Samaritana: Novo, inquit, admirationis genere, mulier, quæ ad puteum Samaritæ meretrix advenerat, à Christi fonte casta regreditur: & quæ aquam petere venerat, pudicitiam reportavit: relinquens aquæ vasculum, ad civitatem non fert hydriam, sed refert gratiam? vacua quidem videtur reverti onere, sed plena sanctitate re-

Sper. in Scriptura selecta.

vertitur: quæ peccatrix advenerat, revertitur prædicatrix: etenim si aquam civibus non intulit, tamen fontem salutis invenit. Hæ sunt Christi gloriæ, hæ conversiones, hæ peccatorum, ac peccaticum acquisitiones, ac mutationes.

Ut gloriatur! *Vides (ô Simon) hanc mulierem?* q diceret: Non ea est, quam existimas, & me ignorare dicis; immò tu eam ignoras: quia hæc non est, quæ fuerat, sed longè altera.

Luc. 7.

Venit Maria Magdalene, & altera Maria. Non dixit: Venerunt, inquit Chrysol. sed venit, sub uno nomine venerunt duæ, mysterio, non casu: venit ipsa, sed altera; altera, sed ipsa; ut mulier mutaretur virtutis, non nomine, virtute, non sexu.

Chrysol. serm. 78.

O quam verè: *Mutaberis in virum aliù!* 1. Reg. 18. O quam verè: *Mutabunt fortitudinem,* vcl Isa. 40. juxta alios, *efficiuntur alteri!* adeoque alteri, ut qui prius erant vilissimi, pretiosissimi fiant.

1. Reg. 18.

Isa. 40.

Alii.

Id quod innuit David, dum ait, Deum in suis thesauris eos ponere: *Ponens in thesauris abyssos.* D. Hieron. id est, peccatores. Abyssos autem perit Deus in thesauris, quia nihil tanti facit, quam peccatorem conversum, in quo se divitem in misericordiâ ostendit, ac penè ostentat. *Vides hanc mulierem?* quasi in suæ omnipotentix thesauris nihil ad ostentationem pulchrius, ac pretiosius habeat, quam peccatorem conversum, ac sanctum redditum.

Ps. 32.

D. Hier.

Theaurus

Christi pecca-

tores conversi.

Hinc David: *Mirabilis facta est scientia tua ex me,* id est, ex peccato meo, ut ait Psal. 137. Hugo Card. dum scilicet illud abstulisti. *Hug. Card. & me in Sanctorum numero mirabiliter ibid. collocasti.*

Psal. 137.

Hug. Card.

Hæ sunt Christi opes, hi thesauri. *Voca Isa. nomen ejus: Accelera spolia detrahere, festina prædari, quia antequam scias puer vocare patrem, & matrem, auferetur fortitudo Damasci.* Pagnin. *Tollet opes Damasci. Hac dicit Dominus Christo meo: Subiuciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum vertam, & dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum.* Qui thesauri sunt hi? Regum fortasse orientalium thesauri jam olim oblati? Hi sunt patentes. Absconditi thesauri erant eorum Regum corda, hi

Pagnin.

Isa. 45.

N

claud.

erat vel tunc tui, ô Salvator, thesauri, A
&c.

Pf. 90.
Alii.

Sed adhuc diffidis? Adhuc vel ante Crucifixum contremiscis? Qui habitat in adjutorio Altissimi, in protectione Dei celi commorabitur. Alij: Qui habitat in latibulo (lateris) Altissimi, in umbra omnipotentis commorabitur. Sub pennis ejus sperabis, donec transeat iniquitas, hoc est, sub Crucis alis fiduciam habebis, donec transeat iniquitas.

Prov. 18.

Turris fortissima nomen Domini, ad ipsam B
currit justus.

Ierem. 39.

Et erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam.

Prov. 28.

Iustus autem quasi leo confidens, absq; terrore erit. Leo præcipue fiduciam habet in capite, & ex Christo capite oritur iusto fiducia.

Psal. 9.

Sperent in te omnes, qui noverunt nomen tuum. (quod est Iesus) & quid est aliud Iesus, nisi Salvator? O Iesu, ergo esto mihi Iesus, & salva me.

Isa. 4.
Interl.

Tantummodo invocetur nomen tuum (Interl. Iesus) super nos. Vox septem illarum mulierum, quæ apprehenso viro, sic clamabant, per quas universitas meretriciæ ad Dominum revertentium designatur.

Greg. hom. 25.
Mich. 7.
Rom. 5.

Greg. Proiciet in profundum maris (suz atrarissimæ passionis) omnia peccata nostra.

Apost. Si cum inimici essemus, Christus D pro nobis mortuus est, multo magis nunc iustificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum. Efficacius inferri non potest. Si oim in peccato, tui, Deique oblitus eras, Deus tamen te quæsit, nunc quæris ipsum, & times, ne te ultra velit? Voluit te inimicum, nunc nihil aliud querentem, quam ejus amicitiam, non velit? Si te reprobare volebat, non erat, cur vocaret: sed te in tuorum peccatorum fœcibus, in quibus torus eras, relinquere poterat; & tunc morti adjudicare, ac damnare: sed te vocavit, sed spatium viæ penitentiae dedit, bona desideria donavit, lumina concessit, &c.

Jud. 12.

Simsonis mater ad virum suum: Si Dominus nos vult occidere, de manibus nostris holocaustum, & libamenta non suscepisset, neque ostendisset nobis hæc omnia. Sic, sic nõ dedisset hanc Sacramentorum famem,

sed permisisset, ut tuis siliquis nutrireris: non ostendisset tibi hæc omnia, quam bonum servire ei, quam sequenda æterna, quam hæc temporalia fugienda, &c.

Chryl. Non sic infans amator dilectæ suam amat, ut DEUS penitentem animam.

Diffido, inquires, ob mea demerita: Sed confide ob Christi merita. Sic August. Multum est, inquit, quod mea meretur impietas: longè autem majus, quod Redemptoris mei repositi jure pietas. Magna est mea injustitia: satis verò major Redemptoris justitia. Quanto nanque est superior Deus homine, tanto mea malitia est inferior ejus bonitate, & qualitate, & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit Filius Dei factus homo?

Alibi: Desperare possem propter nimia peccata mea, & vitia, & culpas, & infinitas negligentias meas, quas egi, & quotidie inclinenter ago corde, ore, & opere, & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi Verbum tuum, Deus meus, caro fieret, & habitaret in nobis: Sed desperare jam nõ audeo, quoniam subditus ille tibi: Usque ad mortem autem Crucis, tulit chinographum nostrorum peccatorum, & affigens illud Crucis, peccatum crucifixit, & mortem. In ipso autem securus respiro, qui sedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis.

Ex cap. 23. Peccavi peccatum grande, & multorum sum mihi confiteus delictorum, nec sic despero: quoniam ubi abundaverunt delicta, superabundavit & gratia: Qui de veniâ peccatorum suorum desperat, negat Deum esse misericordem, & quantum in se est, negat Deum habere charitatem, veritatem, & potestatem, in quibus tota spes mea consistit: scilicet in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redemptionis. Murmurat, quantum voluerit, insipiens cogitatio mea, dicens: Quis es tu? & quanta est gloria, quibusvis meritis illam obtinere speras? & ego fiducialiter respondebo: Scio, cui credidi, quia in charitate nimia adoptavit me in filium, quia verax est in promissione, potens in exhibitione, & licet

Chryl. hom. 22. que est de penit.

D. August. in medit. c. 8.

Idem in Mat. nu. c. 13.

Idem.

& licet ei facere, quod vult. Non possum terreri multitudinem peccatorum, si mors Domini in mentem meam venerit, quoniam peccata mea illum vincere non possunt. Clavi, & lancea clamant mihi, quod verè reconciliatus sum Christo, si eum amavero. Tota spes mea est in morte Domini mei.

Adhuc desperas? Audi. Quid tibi, o peccator, Dæmon dicit? inquit Bas. Non est salus ipsi in Deo ejus, sed Deus ait: Qui cadit, non adiciet, ut resurgat? Non per se a sit tibi nudo verbo, persuadebit conspicuo exemplo. Quid enim non tam potest elui, atque coccinum? Quid nivis candori æquari potest? Et tamen qui ista condidit, dicit: Si fuerint peccata vestra ut coccinum, quasi nix dealbabitur. Non es persuasus exemplo? Vel juramento affirmanti Deo crede. Virgo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur, & vivat. Qui vivit, vivere vult peccatorem. Si verbo, exemplo, & juramento non credis, vel operibus crede. Non est subverta Ninive, quia penitentiam egit. Humiliatus Achab est, & dicit Deus: Non inducam in diebus ejus mala. Peccavit David, dicit: Peccavi; & statim audit: Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Idem perverso Manasse accidit. Videamus quid Christus dicat: Non veni vocare justos, sed peccatores. Quem portat super humeros. Ficus expectatur, licet infrugifera; spe futuri fructus. Quid dubitas? Magdalenam recipit, Petrum, Paulum, quomodo te non recipiet? Hucusque Basilius.

Quid, quod ubi Ierosolymis talia, tantaque passus est Christus, statim ac resurrexit de remissione peccatorum agere cœpit, & hanc omnibus obtulit? Incipientibus, inquit, ab Ierosolyma. O pietatem! o fiduciam! His primum remissionem offert, qui eum crudeliter occiderant.

Sed audi, & hinc tandem omnem procul pelle desperationem. In Vitis Patrū: Frater quidam impugnabatur à fornicatione. Contigit autem, ut veniret in vicum quendam Aegypti, & videns filiam Sacerdotis Paganorum, adamavit eam, & dixit patri ejus: Da mihi eam uxorem.

Ille autem respondens dixit: Non possum eam dare tibi, nisi interrogavero Deum meum. Et abiens ad Dæmonem, quem cōsebat, dixit ei: Ecce Monachus quidam venit, volens accipere filiam meam: do eam illi? Respondens Dæmon dixit: Si negat Deum, & Baptismū, & propositum Monachi, da eam illi. Et veniens dixit ei: Nega Deum tuum, & Baptismum, & propositum Monachi, & dabo tibi filiam meam. Ille verò consensit, & statim vidit velut columbam exire de ore suo, & volare in cælum. Pergens autem Sacerdos ad Dæmonē, dixit: Ecce promisit se tria illa facturum. Tunc respondens Diabolus dixit ei: Non des ei filiam tuam in uxorem, quia Deus ejus non recessit ab eo, sed adhuc adjuvabit eum. Et veniens Sacerdos dixit Fratri illi: Non possum tibi eam dare, quia adhuc Deus tuus adjuvat te, & non recessit à te. Hæc audiens Frater, dixit in semetipso: Si tantam bonitatem ostendit Deus in me, cum ego infelix negaverim, & ipsum, & Baptismum, & propositum Monachi, bonus autem Deus, etiam cum tam grande scelus commisi, nunc usque adjuvat me, cur ego recedam ab eo? Et in semetipsum reversus, recipit sobrietatem mentis, & venit ad eremum ad magnum quendam senem, & narravit eirem, quæ fuerat facta. Et respondit ei senex: Sede mecum in spelunca, & jejuna tres hebdomadas continuas, & ego deprecabor Deum pro te. Et laboravit senex pro Fratre, & deprecatus est Dominum, dicens: Obsecro te, Domine, da mihi animam hanc, & suscipe penitentiam ejus. Et exaudivit orationem ejus Deus. Et cum impleta fuisset prima hebdomada, venit senex ad illum Fratrem, & interrogavit eum dicens: Aliquid vidisti? Et respondens Frater, dixit: Etiā, vidi columbam sursum in altitudine cæli contra caput meum volantem. Et respondens senex, dixit ei: Attende tibi metipsum, & deprecare Deum intentè. Secundò verò venit iterum senex ad Fratrem, & interrogavit eum dicens: Vidisti aliquid? Et respondit: Vidi columbam venientem juxta caput meum. Et præcepit ei se-

De quodam, qui Deum negavit, nec tamen fuit à Deo penitus derelictus.

D. Bas. hom. 29. de penitentia, Ps. 3.

Isa. 1. Peccatoribus veniam verbo, exemplo, juramento, opere promittit Deus. Ex. 23. 3.

3. Reg. 21.

2. Reg. 12.

Mar. 2.

Luc. 24.

In Vitis Patr. p. 2. l. de fornic.



nex, dicens: Sobrius esto mente & ora. A
 Et completa tertia hebdomada venit ite-
 rum senex, & interrogavit eum dicens:
 Aliquidne plus vidisti? Et respondens il-
 le dixit: Vidi columbam, quæ venit, &
 stetit super caput meum, & extendi ma-
 num meam, ut tenerem eam, illa autem
 surgens intravit in os meum. Et gratias
 agens Deo senex dixit Fratri: Ecce susce-
 pit Deus penitentiam tuam: de cætero
 attende tibi metipsum, & esto sollicitus. Et
 respondens Frater dixit: Ecce amodò tecum
 ero, donec moriar.

*Arnol. tract. de
 sept. verb. Do-
 mini.*

Verè, verè Arnoldus tractatu de septem
 verbis Domini in Cruce: Non arctatur,
 inquit, non arctatur numero, non claudi-
 tur sine, nullas omninò habet metas di-
 vina clementia: sit, qui invocet; erit,
 qui exaudiat: sit, qui poeniteat; non de-
 erit, qui indulgeat.

*1. Joan. 6.
 Job 22.*

Peccata præterita non debent adi-
 mere confidentiam, sed præsentia, & vo-
 lita: hæc, hæc si conscientiam remor-
 deant, confidere non permittent.

Septuag.

*Si cor nostrum non reprehendit nos, fidu-
 ciam habemus.*

*Genes. 4.
 Hebr.*

*Si longe facies iniquitatem à tabernaculo
 tuo, elevabis ad eum faciem tuam, rogabis eum,
 & exaudiet te. Sept. Fiducialiter ages coram
 Domino, inspiciens calum hilariter.*

*Quare concidit facies tua? Nonne si bene
 egeris, recipies? Hebr. Nonne si bene egeris,
 elevabis? vultum, scilicet, per fiduciam.*

*S. Isid. Non potest habere fiduciam,
 quem peccandi recordatio delectat.*

De divinâ misericordiâ in pecca-
 tores.

PVNCTVM XXV.

*Fiduciam so-
 vet considera-
 tio misericor-
 dia Dei.*

Matth. 18.

Luc. 17.

Et præterea motivum fiducia, confi-
 deratio divinæ misericordie in pecca-
 tores. Hæc nullis clauditur terminis.
*Quoties peccabit in me frater meus, & dimit-
 tam eum? Quærit Petrus communi nomine,
 usq; septies? Hucusque restrictio huma-
 ni cordis. Sed audi latitudinem cor-
 dis Dei: Non dico tibi septies, sed usq; septuag.*

gies septies; numerus finitus pro infinito.
 Quo audito, accedant discipuli ad Do-
 minum: Domine, adauge nobis fidem; q. di-
 cant: Hæc fides, quam habemus, ad id superat,
 credendum non sufficit. O divinam mi-
 sericordiam!

*Misericordia
 Dei pene fidem
 superat.
 O divinam mi-
 sericordiam!
 Psal. 50.
 Misericordia
 divina, & hu-
 mana ingens
 discrimen.
 2. Reg. 12.*

Miserere mei, Deus secundum magnam mi-
 sericordiam tuam. Tuam dicit, non huma-
 nam. Væ nobis, si secundum humanam
 indulgeret.

Se ipsum nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

*Vidimus eum virum dolorum, & scien-
 tem infirmitatem. Sept. Homo in plaga sci-
 ens ferre iniquitatem. Omne debitum (de-
 cem millium talentorum) dimisit tibi, quo-
 niam (duobus verbis) rogasti me. O quam
 facilis debitorum remissio apud Deum!
 Non sic apud homines, &c. Et expende,
 non fortuitò, sed mysterio oblarum do-
 mino hujusmodi tantorum millium de-
 bitorem: Et cum cepisset rationem ponere,
 oblarus est ei annus, qui debebat ei decem millia
 talenta. Quærit Eusebius: Quare cum
 hoc peius dominus rationem ponere vol-
 luit? Et respondit: Ut hujus exemplo
 cæteri intelligerent, quantum spem habe-
 re potuissent. Omnes enim numeri in
 hoc numero continentur: Cum enim us-
 que ad decem numeramus, nisi iterum ab
 uno incipiamus, nihil habemus, quod di-
 camus. Hoc igitur debito majus debitum
 non est. Et tamen tam facile, tam citò
 dimisit.*

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

*Vidimus eum virum dolorum, & scien-
 tem infirmitatem. Sept. Homo in plaga sci-
 ens ferre iniquitatem. Omne debitum (de-
 cem millium talentorum) dimisit tibi, quo-
 niam (duobus verbis) rogasti me. O quam
 facilis debitorum remissio apud Deum!
 Non sic apud homines, &c. Et expende,
 non fortuitò, sed mysterio oblarum do-
 mino hujusmodi tantorum millium de-
 bitorem: Et cum cepisset rationem ponere,
 oblarus est ei annus, qui debebat ei decem millia
 talenta. Quærit Eusebius: Quare cum
 hoc peius dominus rationem ponere vol-
 luit? Et respondit: Ut hujus exemplo
 cæteri intelligerent, quantum spem habe-
 re potuissent. Omnes enim numeri in
 hoc numero continentur: Cum enim us-
 que ad decem numeramus, nisi iterum ab
 uno incipiamus, nihil habemus, quod di-
 camus. Hoc igitur debito majus debitum
 non est. Et tamen tam facile, tam citò
 dimisit.*

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.

Ut ipse nesciens dignum morte judi-
 cavit David: Filius mortis est vir, qui fecit
 hoc; cum Deus dixerit: Non morieris.
 Ulterius scilicet non pertransit humana
 misericordia. Secundum tuam ergo, non
 secundum humanam, misere: e. mei, Deo.